

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-241969-p0001-0

Sammelband von Diss




U.q.19,5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-241969-p0002-6

42

DISPVTATIO.

# INSTITVTIONVM IMPERIALIVM IVSTINIANEARVM POSTREMA ET VLTIMA.

QVAM

*Ex earum tit. tribus Poſterioribus, & concordantibus D. & C. textib. Cameralibus item Capitalib. Ordinat. conſcriptam.*

D. T. F. I.

*Præſidio Nobiliſsimi & Conſultiſsimi viri,*

Dn. ARNOLDI DE REYGER I. V. D. Reverendiſſimi, illuſtriſſimi ac celſiſſimi Principis ac Dn. Domini IOACHIMI FRIDERICI Archiepiſcopi Magdeburgenſis, Marchionis Brandeburgici Halenſ. conſiliarij, & modò Academiæ Salanæ, quæ Ienæ eſt, Profeſſoris digniſſimi, affinis ſui charissimi.

*Ibidem defendet.*

*JOACHIM FRIDERICH* von der Schulenburgk w. *p. m. filius.*

Typis Tobiæ Steinmanni.
ANNO CIↃ IↃ XCV.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-241969-p0003-2

## CONTINVATIO.

QVia publicè refert homines à litigijs abarceri *a*, non ſine cauſa in temeratores huius jure & legibus pœnæ conſtitutæ ſunt *b*: Quibus hîc in Inſt. ordine continuato doctrina de officio iudicis, & publicis judiciis ſubijcitur *c*.

a) *in pr. Inſt. h. l. 21. quidam ff. de reb. cred. arg. clem. 2. diſpendioſam de iudicijs Bar. in auth. generaliter C. de epiſcop. & clericis.* b *d. pr. & tt. tt. de pœn. tem. litig.* c *vt quæ tàm quàm pœna temerè litigantium ad publicum iudicis pertinent officium. tt. tt. de offic. iud. & pub. iud. h.*

### Thesis. I.

POENA TEMERE LITIgantium eſt, qua, qui quid, vel calumnioſè petit, vel rectè petenti de negat, jure coercetur. *De pœna temerè litigantium & ſpecieb. eius.*

*In pr. inſt. h. & ibi Balduin. Myns. ante pr. nu. 3. & 4. VVeſ. in continuat. eod.*

### II.

Et eſt triplex: Iuramentum calumniæ, pœna pecuniaria, & infamia.

*d. pr. Inſt. h. & ibi Hottoman. enunc. 2. Myn. nu. 2. Item §. 1. in. fi. eod.*

### III.

Iuramentum calumniæ eſt, quod ab vtraq; parte *a*, & vtrinq; à procuratoribus & aduocatis, in

initio litis *c*, de cauſa bona fide proſequenda præſtatur *d*.

a *§.1. ecce in pr. & §.2. & 4. Inſt. h. l. 34. Iuſiurandum §.4. qui Iuſiurandum ff. de Iureiur. l. 2. in pr. C. de Iureiur: prop. calum. dand. Marant. de Iuramento calumniæ nu. 6.* b *d. §.1. verſ. vtriuſq; h. l. 12. rem non novam §.1. patroni C. de Iudic. d. l. 2. in pr. & §.2. quod obſeruari C. de Iureiur. propt. calum. dand. gl. in c. un. §. nos Romanorum de pace conſtantiæ in vſ. feud.* c *d. l. 2. in pr. & auth. principales C. de iureiur. propt. calum. dand. Nov. 49. cap. 3. & Nov. 124. c. 1.*

IV.

Vbi non inaccommodatè controuerſa illa quæſtio collocatur: An procuratorum & Aduocatorum non jurantium contumacia dominis ſiue principalibus præjudicet? Cuius affirmativam de jure veriorem: *a* negativam, vt in camera obſervatam, ita non iniquam exiſtimo *b*.

a *c. fi. in fi. de Iurament. calum. facit. d. auth. principales verſ. 5. ſi quis autem de iureiur. propt. calumn. dand. & d. Nov. 124. c. 1. & Nov. 49. c. 3.* Nec enim propter eos, eorumque petulantiam, judicium in pendente eſſe debet *l. 35. non quemadmodum ff. de Iudic. l. 13. properandum C. eod. VVurmſen. 1. obſ. pract. obſ. 22. Gail. 1. obſ. 59. nu. 1. & 2.* b *Gail. lib. 1. obſ. pract. c. 89. nu. 4. & 5.*

V.

Item, An hoc juramentum ſufficiat ab initio ſemel interpoſitum, an verò, ut olim, ſingulatim in ſingulis judicii partibus præſtandum? Quorum prius, ut magis verum, rectiùs defendi puto.

*d. l. 2. Auth. hoc Sacramentum C. de Iureiur. propt.*

*propt. calum. dand. Nov. 49. c. 3. Speculator de Iuramento calum §. nunc dicam, quem ſequitur VVeſ. in Par. C. d. t. nu. 4.*

VI.

Et tandem, An cuiquam rectè remittatur hoc Juſiurandum? Quod legibus nego *a*, licet jure pontificio quocunque tempore remitti & interponi poſſe non diffitear *b*.

a *l. 1. & l. 2. §. 4. C. d. t.* b *c. 1. de iur. calum. in 6. Gail. 1. obſ. pract. 84. & ſeqq.* Quod ita de Iuramento calumniæ.

VII.

Pœna pecuniaria infligitur temerarijs litigatoribus in actione legis Aquiliæ *a*, & legatorum pietatis intuitu relictorum, quæ inficiatione creſcunt in duplum.

a *§. ecce enim verſ. & adverſus inficiantes Inſt. h. l. 23. inde Neratius §. 10. hæc actio ff. ad l. Aquil. l. 4. C. eod. l. 20. item veniunt §. cum prædiximus 4. de petit. hered. §. 23. in duplum & §. 26. ſed furti s̃. de act.* b *d. §. ecce enim h. & §. vlt. s̃. de obl. quæ ex q. contract. d. §. 26. s̃. de act. l. ſancimus 46. §. vt autem 7. C. de Epiſcop. & cler.*

VIII.

Item, quando improbus litigator & damnum, & litis impenſas adverſario præſtare compellitur.

*d. §. 1. ecce enim. verſ. hæc autem Inſt. h. l. 3 & 4. C. de fruct. & lit. expenſ. l. 9. properandum §. ſive autem alterutrum C. de Iudic. l. 79. eum quem D. eod. & l. 4. C. quand. pro & con. non eſt neceſſ. Auth. poſt Iuſiurand. C. de Iudic. Nov. 82. c. 10. oportet.*

IX.

Quibus rectè coniungitur pœna ſolidorum 50, quæ illis infligitur, qui parentes & patronos ſine venia in Ius vocant.

*§. fi. Inſt. h. §. 12. pœnales Inſt. de act. l. 4. cum 4. ſeqq. l. pe. & vlt. D. de in Ius vocand. & tt. tt. ff. de in Ius vocand. Quod de pœna pecuniaria.*

X.

Infamiæ pœna coercentur, qui vel in delictis furti, rapinæ, injuriarum, & doli condemnantur *a*, ſive de his paciſcuntur *b*: vel in contractibus directis actionibus tutelæ, mandati, depoſiti, & pro ſocio conveniuntur, condemnanturque *c*.

a *§. 2. in quibuſdam Inſt. h. l. 1. ff. de his qui not. infam.* b *d. §. 2. h. & d. l. 1. l. furti §. pactus 3. ff. de his qui not. infam.* c *d. §. 2. h. & d. l. 1. & l. 7. in actionibus ff. d. t.* Modo ſuo nomine, nec per procuratorem vel defenſorem condemnentur *d. l. 6. furti §. ſi quis alieno nomine 2. ff. de his qui not. infam.* Quod & de infamia, & in univerſum de pœna temerè litigantium.

XI.

*De officio Iudicis. Et quomodo diverſimodè conſideretur.*

Officium judicis vel generaliter, vel ſpecialiter conſideratur. Et generaliter, ut ne aliter judicet, quàm legibus, aut conſtitutionibus proditum, aut moribus & loci conſuetudine receptum eſt.

*§. 1. Inſt. h. l. 40. non quicquid de Iudic. l. 1. §. ſed & ſi iudex 3. ff. ad l. Cornel. de falſ. l. 2. C. de pœn. Iud. qui mal. Iud. & ibi Gothof. in not. l. 1. C. de ſentent. quæ ſine app. reſcind. l. 2. C. quand. provo. non eſt neceſſ. Nov. 15. c. 1. §. 1. Nov. 24. c. 2. in fi. Nov. 82. c. 1. in med. & c. 13. in pr.*

XII.

Specialiter officium judicis aliter conſideratur in no-

in noxalibus, aliter in rei vindicatione & in petitione hereditatis, in actione ad exhibendum modo alio, & tandem aliter in familiæ herciſcundæ, communi dividundo, & finium regundorum judiciis.

*tt. t. Inſt. h.*

XIII.

In noxalibus actionibus reo judex debet nominatim noxæ dedendæ poteſtatem permittere *a*: In rei vendicatione vero, & petitione hereditatis poſſeſſorem vel abſolvere *b*, vel vt rem vnà cum fructibus reſtituat, condemnare *c*.

a *§. 1. verſ. & ideo h. & l. 6. miles §. 1. de re jud. l. 2. C. eod.* b *§. 2. in pr. h & l. vlt. C. de rei vind. l. 2. C. de probat. l. 19. cum ſeq. ff. de petit. her. & l. 2. C. eod.* c *l. 68. qui reſtituere ff. de rei vind. l. 17. ſi fundum l. 22: centum C. eod.*

XIV.

Quando tamen reo reſtituendi dandæ induciæ, ſi eas non fraudationis cauſa proſtulaverit, & de æſtimatione litis fidejuſſore cautionem præſtiterit.

*d. §. 2. verſ. ſed ſi poſſeſſor h. arg. l. 9. ſed poſtquam ff. com. divid.*

XV.

Verum hîc controverſum eſt, qui fructus vtrobique reſtitui debeant; vbi procul omni dubio malefidei poſſeſſori, & percepti, & percipiendi reſtituendi *a* erunt: Bonæfidei poſſeſſori vero, non niſi adhuc extantes *b*, ſi lis inchoata non fuerit *c*.

a *d. §. 2. & ſi verſ. illos autem Inſt. h. & l. 2. C. de fruct. l. 3. malafide C. de Condict. ex lege l. certum 22. C. de rei vind. l. 62. ſi navis in ſi. ff. eod.* b *d. §. 2. verſ. ſi ſi. vero bonæ h. l. 48. bonæ fidei de acquir. rerum domin. l. 25.*

qui ſcit

*qui ſcit §. 1. de vſur. l. 78. ſi eius de rei vind. l. 13. ſi fructuarius ff. quib. mod. vſusfr.* c *d. §. 2. verſ. poſt inchoatam h. d. l. 22. C. de rei vind. l. 1. C. de petit. hered. & l. 25. ſed & ſi §. ſi certe D. eod.*

XVI.

In actione ad exhibendum judex & rem & omnem eius cauſam *a*, & fructus à lite conteſtata perceptos *b*, reſtituere jubebit, & ſi neque reſtituantur, neque de reſtituendo ſatisdetur, quanti actoris intereſt, condemnabit *c*.

a *§. 3. ſi ad exhibendum h. l. 9. Iulian. §. quantum 5. & ſeqq. vſq. ad fin. ff. ad exhibendum l. 7. exhibitionis C. eod.* b *d. §. 3. verſ. 3. ad exhibend. Inſt. h. d. l. 9. Iulian. ff. eod. l. 2. & 38. videamus de vſurp. & vſucap.* c *d. §. 3. in fi. & d. l. Iulian. §. fin.*

XVII.

In familiæ erciſcundæ judicio ſingulis heredibus ſingulas res adjudicare, & cui meliorem attribuit, *a* quive ſolus fructus percepit, corrupitve, eum coheredi certa pecunia condemnare debet. *b* Quod & ita in communi dividundo *c* & finium regundorum judicijs *d*.

a *§. 4. ſi familiæ Inſt. h. & l. 55. ſi familiæ ff. fam. herciſcund. l. 56. Mævius §. arbiter eod.* b *d. §. 4. verſ eo nomine quoq. Inſt. h. l. 9. non eſt ambiguum. & l. 16. & puto §. 3. ff. eod. l. 17. coheredibus & 19. incerti C. eod.* c *§. 5. Inſt. h. & d. l. 55. l. 3. ff. com. dividundo l. 1. & 3. C. eod.* d *§. pen. ſi fin. reg. Inſt. h. l. 2. & 3. ff. fin. reg.*

XVIII.

Quicquid autem hiſcè judiciis adjudicatum eſt, cui adjudicatum eſt, acquiritur.

*§. fi. in fi. h. §. 15. adiudicatio in fragm. Vlp. tit. 19.*
Quod & de officio judicis.

XIX.

Publica judicia ſunt, quæ certa aliqua lege, de atroci crimine, cujus vindicta ad remp. pertinet, publicè conſtituta ſunt. *De publicis iudicijs.*

*in pr. & §. 1. inſt h. & ibi inſtitutis t. communiter l. 1. ff. eod.*

XX.

Horum quædam capitalia ſunt, quæ vltimo ſupplicio afficiunt, vel aquæ & ignis interdictione, vel deportatione, vel metallo: Quædam non capitalia, quæ infamiam ſaltem irrogant, cum damno pecuniario.

*§. 2. publicorum inſt. h. l. 2. ff. eod. & l. 2. ff. de pœnis.*

XXI.

Capitalium primum & ſummum eſt, quod majeſtatis appellatur, & ſignificatione majeſtatis vel in Deum, vel Imperatorem committi ſolet.

*§. 3. publica inſt. de publ. iud. l. 32. de recept. arb. qui arbitr. tt. tt. D. & C. ad L jul. maieſt. Vult. lib. 1. Iuriſp. Rom. c. 47. nu. 1.*

XXII.

In Deum committitur hoc crimen, quando quis vel verbis, vel facto quid in blaſphemiam S S. Trinitatis attentat *a*, & vel capitaliter, vel præciſione linguæ, vel pro delicti qualitate, alia aliqua pœna arbitraria plectitur *c*.

a *cap. nu. §. 1. in med. Nov. 77. & ibi Gothofr. in not. VVeſ. in Parat. fforum ad L. Iul. maieſt. in fi.* b *Levitic. 24. & d. cap. nu. §. 2. circa med. Nov. 77. Carol. V.* In der peinlichen Halßgerichts Ord. *art. 106.* Wie

Gottes ſchwerer & *ad eam Nicol. Vigel. cap. 6. t. de Blaſphem. Iul. Clar. V. ſent. §. 3. verſ. ſed quæro & d. l. VVeſ.* c *Didac. Covarruv. in c. quamvis §. 7. & 11. de pact. in 6. Nicol. Vigel. d. c. 6. t. de Blaſphem.*

XXIII.

Crimen majeſtatis, quod in Deum non committitur, aut eſt perduellio, aut generis nomen obtinet, & maieſtatis appellatur.

*l. ult. & ib. Gothof. in not. ff. ad. L. Iul. maieſt. Cuiac. in Par. ff. & C. & in Par. ff. VVeſ. nu. 5. Hottom. add. §. 3. Inſt. h. enunc. 1. Vbi & Dn. Borcholt. Vult. lib. 1. Iuriſpr. Rom. cap. 47.*

XXIV.

Perduellio eſt, cum quis hoſtili animo adverſus Rempub. vel principem animatus eſt: Cujus pœna præter mortem & confiſcationem bonorum omnium, eſt vt & memoria damnati aboleatur, & filij eius jnfamia laborantes, omni teſtamenti factione careant.

*d. §. 3. Inſt. h. & ibi Dn. Borcholt. Hottom. enunc. 1. & inſt Ituti ſt. commun. §. per contrarium ſup. de her. quæ ab inteſtat. de fer. d. l. vlt. & l. 6. & 7. C. eod. VVeſ. d. loc. nu. 5.*

XXV.

Majeſtatis crimen ſpecialiter ſic dictum eſt, quando quis citra proditionem Imperatoris & imperij, in eum, illudve, aliud quid committit *a*: cuius pœna bonorum confiſcatio & ultimum ſupplicium *b*.

*a. Exempla præſtò ſunt in l. un. C. de privat. carcer. & l. 2. C. de falſ. monet. ubi Cuiac. Carol. V.* In der peinlichen halßgerichts Ord. *art. 11. & ibi Vigel. d. tract. c. 10.*
b *l. 5. C. h. t. & ibi VVeſ. in Par. ff. nu. 7.*

Sed

XXVI.

Sed an hoc crimen etiam in alios quam ſummum principem committetur? Quod ex proprietate vocabuli maieſtatis, & gravitate hujus delicti pœnæ propriè legibus negandum puto.

*Borcholt. in d. §. 3. Inſt. h. & ibi plerique alij. VVeſ. in pr. Inſt. h. nu. 4. & Vult. d. lib. 1. iuriſpr. Rom. cap. 47.* Qua de re hîc delinquentes pœna arbitria puniuntur *Schneid. in §. publica nu. 6. & quem adducit Iaſ. in l. 3. §. prætor nu. 12. ff. Ne quis eum qui in Ius voc. & § pœnales nu. 107. inſt. de act. Caid. Papa deciſ. 408.*

XXVII.

Alterum judicium publicium eſt legis Iuliæ de adulterio, cui & adulteriũ & ἀῤῥενικοίτη & ſtuprum recte connumerantur.

*arg. §. 4. Item l. Iul. Inſt. h.*

XXVIII.

Adulterium eſt alterius thori connubialis conſpurcatio: ἀῤῥενικοίτη verò nefanda & contra naturam cum maſculis & brutis coitio *a*: Cujus utriuſque pœna hodiè ultimum ſupplicium *b*.

a *d. §. 4. Inſt. h. & ibi inſtit. commun.* b *d. §. 4. h. & l. 20. 30. cum ſeq. C. ad l. Iul. de adult. l. 18. C. de tranſ. act. l. cum vir nubit & l. foediſſimam C. d. t. ad L. Iul. de adult. Carol. V.* In der peinlichen halßgerichts Ord. *art. 106.*

XXIX.

Stuprum eſt illegitimus coitus, cum honeſta Virgine, vel vidua *a*: Et pœna ejus in honeſtioribus publicatio dimidiæ partis bonorum, in vilioribus coercitio corporis cum relegatione *b*.

a d.§.4. in med.inſt.h.l. 6.§.1.ff.eod.& ibi VVeſ. in Paratit.nu. 21. b d.§. 4. in fi. & l.7. ſimilem C. de inceſt.nupt.

## XXX.

Tertium judicium publicum eſt, quod L. Cornelia de ſicariis inſtituitur, & ſive quis hominem occidat, ſive occidendi cauſa cum telo ambulet, vltimo plectit ſupplicio.

§.5.item l.Cornelia h.l.3. 14.& 16.ff. ad l. Cornel. de Sicar.l.233.de V.S.

## XXXI.

Eadem lege & venefici, qui tàm venenis, quàm ſuſurris magicis homines occidunt, malavè medicamenta publicè vendunt, afficiuntur.

d. §.5.in fin.h.l.1.§.1.& l.3.ff.eod.l.1.in fi.& ſeq. de parricid.l.28.§.9.ff.de pœn.Vide Peinlich halßgerichts Ord. art. 130. arg. l.1.C.de maleſ.

## XXXII.

Quibus omnibus gravius delictum eſt parricidium: Cuius pœna olim fuit ea, quæ hîc in Inſtit.ſingulariter proponitur *a*: Hodiè vero hiſce crudeliſſimis interfectoribus membra rota contunduntur *b* ſi in proximioribus, ut parentibus, liberis, fratribus, conjugibus perpetratur maleficium *c*.

a §.6.alia deinde h.l.9.ff.eod.& l.un.C.eod.Cic.in orat.pro Sext.Roſc. b In der peinlichen halßgerichts Ord. art.131.Immo adhuc exaſperatur, ut membra delinquentis candenti forcipe diſcerpantur, Damhuder. ind. tract.crim.c 89.& ibi alleg. c d.§ 6.h.& d.l.un. C. eod. Vndè qui alias cognatione vel affinitate coniunctas perſonas necavit pœnam L.Corneliæ de ſicarijs ſuſtinet d.
§. 6.

§.6.in fi. & ibi Vveſ.nu.3. & d.l.9.ff.eod. ubi Vveſ. in Parat.nu.3.

XXXIII.

Quartum judicium publicum eſt de falſo. Quod recte definitur quælibet doloſa rei commutatio: Et pœna eius hodiè arbitraria eſt.

*Clarus d.§.falſum n.31. Quæ tamen pro delicti gravitate etiam ad mortem extenditur.* In der peinlichen halßgerichts Ord. *art.172.& ſeq. Dambuder.d.tr.crim. d.cap.121.& ſeq. Olim ſic deliquens ſi ſervus erat necababatur, deportabatur ſi liber §.6.item l.Cornelia Inſt.h.& l.1.in fi.ff.eod. Quibus tamen omnibus excipiuntur adulteratores monetæ l.2.C.de falſ.monet. Clarus §.falſum nu.37.cum hi etiam maieſtatis quodammodo rei videantur, d.l.2.* In der peinlichen halßgerichts Ord. *art.111.*

XXXIV.

Quintum eſt de vi publica quæ armis fit, & privata quæ ſine armis *a*: quorum eius pœna olim deportatio *b*, hodiè plerunque gladij *c*, huius trientis bonorum publicatio cum infamia *d*.

a *§.8.item l.Iulia h.§.6.Inſt.de interdict.arg.l.7.& 8.ff.ad L. Iul.de vi publica. Cuiac.in Paratit. C. eod.* b *d.§.8.h.& l.10.§.2.ad l.Iul.de vi publ.l.6.& 7.C. eod.Paul. 5.ſent.26.§.1.ubi Cuiac.* c In der peinlichen halßgerichts Ord. *art.128.& ibi Vigel. in d. tract. c.6.& VVeſ.in Paratit.h.nu.4.* d *d.§.8.& l.1.in pr.l.ult.ad L.Iul.de vi privat.l.2.C.eod.Paul. d.loc. §.3.ubi Cuiac.& Vveſ.*

XXXV.

Sextum judicicum publcum eſt peculatus, & inſtituitur quando quis pecuniam publicam *a* vel ſacram ſive religioſam *b* furatus eſt, quod ſi judex

 ipſe,

ipſe, dum adminiſtrat, committit, pœna capitis eſt: Sin alius, deportatio *c*.

a *§.9.Inſt.h.& tt.tt.ff.& C.de crimine peculatus, ubi Vveſ.& Cuiac.in Paratit. Dambud.d.praxi crim.cap. 115.* b *d.§.9.Inſt.h.& l.1.4.§.2.ff.ad l.Iul.peculatus ubi Cuiac.& Vveſ.in Paratit.* c. *d.§.9.h.& l.un.C. eod.ubi Vveſ.in Par.ff.nu. ult. & ibid. Cuiac.in Paratit.* Quod tamen hodiè vix eſt ut obſervetur, quando & privatæ rei furtum indiſtinctè capitale eſt. In der peinlichen halßgerichts Ord. *art.127. & ibi Vigel.d.tract.c. 8.Vide Gothoſ.ad l. 3. ff. ad l. Iul. peculatus & Cuiac.ad Paul.5.ſent.27.*

## XXXVI.

Tandem publicum judicium conſtituitur in hiſce Inſtitutionibus etiam de Plagio, & ex L.Iulia de ambitu, de annona, de reſiduis. Quorum primum quandoque capitale quandoque non *a*, reliqua omnia citra animi amiſſionem, alijs pœnis coercentur *b*.

a *§.11.ſunt præterea Inſt.h & ll.ult.ff.& C.eod.& ibi Vveſ.in Par.nu.4.Vult.lib.1.Iuriſpr.Rom.cap.54.nu. 70.* b *Etenim pœna ambitus legibus eſt mulcta centum aureorum cum infamia l. un.ff.ad l. Iul.de ambitu ubi Vveſ.in Par.nu.5. Dd. ad §.11.pen.h.* Annonæ perindè *extra ordinaria. l.6.de extra ord.cognit. Vveſ.in Paratit.ad L.Iul.de annon.nu.2.& ad d.§.11.Schneid. nu.4.* Reſidui, ut convictus reus tertia plus parte quam in utilitatem ſuam convertit puniatur *l.2.4.§.3.& 4. l.9.§.6.l.10.ff.ad L.Iul.peculat.& de ſacril.& de reſid.ubi Duar.cap.3.Vult.1.Iuriſpr.Rom.47.*

## COROLLARE.

*Moderaminis inculpatæ tutelæ requiſitum tertium, quod eſt de paritate armorum, malè à quibuſdam reijci defendam.*

99 A 6904

ULB Halle 3
004 976 38X

TA 7 OL

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-241969-p0019-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-241969-p0020-6

DISPVTATIO.

# INSTITVTIONVM IMPERIALIVM IVSTINIANEARVM POSTREMA ET VLTIMA.

QVAM

*Ex earum tit. tribus Poſterioribus, & concordantibus D. & C. textib. Cameralibus item Capitalib. Ordinat. conſcriptam.*

D. T. F. I.

*Præſidio Nobiliſsimi & Conſultiſsimi viri,*

Dn. ARNOLDI DE REYGER I. V. D. Reverendiſſimi, illuſtriſſimi ac celſiſſimi Principis ac Dn. Domini IOACHIMI FRIDERICI Archiepiſcopi Magdeburgenſis, Marchionis Brandeburgici Halenſ. conſiliarij, & modò Academiæ Salanæ, quæ Ienæ eſt, Profeſſoris digniſſimi, affinis ſui chariſſimi.

*Ibidem defendet.*

*JOACHIM FRIDERICH*

von der Schulenburgk w.

*p. m. filius.*

Typis Tobiæ Steinmanni.
ANNO CIↃ IↃ XCV.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-241969-p0021-1